THERESIÆ DESEPPI

NOBILI FEMINÆ
VIRTUTIBUS CLARISSIMÆ

DIE ONOMASTICO

HÆC PRIMA CARMINA

EX HUMANIS LITTERIS

DEDUCTA

TIBERIUS SFORZA CIMARELLI

SEMINARII-COLLEGII ÆSINI ALUMNUS
GRATI ANIMI ERGO
DICAT

IDIBUS OCTOBRIS MDCCCLXV

ELEGIA

Extollam muneris vestrum, Theresia, nomen.
Aesino vates littore mittit epos.

Fessus dum placida laxabam membra quiete,
Aliger en Coeli visus adesse mihi;

Et comes, Hispanus reddit cui thuris honores,
Virgo: quam formis volvitur egregiis!

Nigra in veste movet, plantae quae defluit imum,
Et capite et collo tegmina devolitant.

Exagitat canum, rutilumque in pectore velum,
Floribus ad summum serta retorta gerit.

Flava coma olli est, ac oculis cervice refulget,
Parthenidosque genae, rubraque labra rosis

Aemula; ridensque os, palmasque ad pectora portat,
Et circum nubes fulgida luce tegit.

Ac veluti medio calidus sol emicat axe,
Lumine sic circum Sancta Puella nitet.

Alifer *O Decus*, infit, *cui virtutibus altis*
Imperium licuit scandere Coelicolum,

Ac inter Proceres summam captare corollam,
Sedula quae Hispaniae grandia gesta regis,

Respice quae Illiricis oris tua Numina honorat
Et ceptis toto corde benigna fave.

Divitiis clara est, grandi virtute celebris,
Immitis scaes Patria in urbe tenet.

Despicit haec, saepe et sibi talia mente volutat:
Argentum ac aurum quid juvat aggerere?

Gramina ut, exto Sole, docent floresque vigere,
Quum caput ast undas condit in occiduas,

Languescunt, fractasque petunt deponere frondes:
Mollia sic auri pondera deficiunt.

Sola manet virtus, nullis concussa procellis,
Huic fidam, hac gaudens aequora transiliam.

Dixerat: illique haec fatur Theresia dicta,
Intentus super his Aliger ora tenet:

Illa Deo vota imo nunc de pectore fundit
Et surgunt, veluti thura Sabaea, preces.

Qui Domino portas mortalis vota, precesque
Ora, adsit pedibus turba novella suis . . . .

Ecce mihi ante oculos nebula circumdata visa est
Foemina, demisso corpore, flexa caput.

Stella nitens astris ceu matutina putatur.
Laetique incipiunt ore ciere modos.

Obstupeo referens! aderas, Theresia, nubi
Sacratis vinculis quae mihi juncta moves.

Quomodo nunc valeam haud suetis narrare camoenis
Quae Domino, Superis quae pia verba dicas?

Lumina commotus gestis dum intenta tenebam,
Sic petit exorsus Farier Angelicus.

Quid juvat insano, Tiberi, indulgere stupori?
Virtute ac aevo est ipsa decora gravi.

Nuper es ingentes Deseppi expersus amores:
Ipsa dedit gnatam jungere conjugio

Germano, quo nunquam estat tibi carior ullus,
Tunc fratri auxilium, tunc tibi partus honor.

Interea incipiunt citharis extollere laudes,
Virtutes dulci murmure avena canit.

Laetitia sonitu totus completur Olimpus,
Et nostro somnus corpore discutitur.

Te frustra insomnis, frustra, Theresia quaero,
Alloquio oh! felix perfrueris Superum.

Coelicolum summis tibi gestis panditur aula;
Grandis amor Coeli grandia serta parat.

Si tu forte meos non dedignaveris ausus,
Carmina deducam candidiora tibi.

Tipi. G. Stallecker